



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-369003-p0002-6

DFG

261

Q. D. B. V.

DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS

De

MULIERE INTERCEDENTE EJUSQVE BENEFICIO,

Quam

PRÆSIDIO DIVINI NUMINIS

FRETUS

ex Decreto & Authoritate

MAGNIFICI, NOBILISSIMI,
AMPLISSIMI JICTORUM COLLEGII,
IN CELEBERRIMA ARGENTORATENSI
UNIVERSITATE

PRO LICENTIA

Summos in utroque Jure Honores & Privilegia
legitime capessendi

publico ac solenni examini proponit

JOSUA FÜRSTENBERGERUS,
Mülhusinus.

Ad diem Augusti H. Lg. solitus.

ARGENTORATI,
LITERIS JOHANNIS WELPERI.
ANNO M DC LXXI.







SECTIO I.
Continens generalia

I.

SExum muliebrem ultra colum
& fusum parum prudentem, plurimisque
imbecillitatibus obnoxium esse, omnium
Sanct. Doctorum, Legumlatorum, Histori-
corum & Philosophorum applausu proba-
tum reperimus. Quod ipsum innuunt Impp.
Honoriūs & Theodosius l. 4. C. de sponsal. fœminarum con-
silia contra propria plerumque commoda laborare, rescriben-
tes. Et quoties non in jure nostro fragilitatis, impotentiae,
imprudentiae ac lubricitatis illarum fit mentio? Hinc apud
plerasque Gentes ab administratione bonorum eas arcitas,
& perpetuae curæ, vel maritorum, der Ehevögten, vel
proximorum, vel etiam extraneorum, commissas videmus; si-
cut de Hispanis testatur Gutierrez lib. 2. pract. quest. 22 i. de Italis,
ex variis Authoribus Tiraquel. de U. connub gloß 8. n. 4. de Gal-
lis, Idem d. l. pr. gl. 1. part. 1. n. 71. & Pierre de l' Hommeau,
des maximes generales du droit françois. liur. 3. art. 160. de Belgis
Joh. à Sande in decis. Fris. l. 2. t. 4. d. 1. & 3. de Sax. Carpz. in defin.
for. p. 2. const. 15. def. 1. Hinc etiam leges nostræ ab omnibus ci-
vilibus & publicis officiis eas removent; l. 2. ff. de R. 1. ut Pa-
pinianus in l. 9. de statu hom. in multis juris articulis deteriorem
esse fœminarum, quam masculorum conditionem asserere, non
dubitaverit. Unde, ut fortunæ ipsarum consulatur, sollicite
prospexerunt Legumlatores; (quo genere, quasi modum ex-
cesserit, apud non paucos male fere audit Justinianus, super-
bæ Theodoræ uxoris arbitrio eō illum flexum dicentes, acut
uxorium propterea sugillantes vid. Greg. Tholos. l. 47. syn-

Y 2

tag.

rag. II. n. 1. & 2.) Imprimis autem eō respexit illud magni nominis famaeque SCtum. Vellejanum, has ipsas ab causas latum ne pro quopiam fœminæ intercederent, & si intercesserint, ne exinde efficaci aliquā actione conveniri queant. De quo mulierum intercedentium beneficio, cum post exantata juris examina, decreto Magnif. & Ampliss. Ordinis juri-
dici, disputationi inaugurali materia mihi dande esset, im-
præsentiarum agere est animus. Faxit Deus, ut feliciter!

II.

Cum autem in omni tractatu fores quasi pandat terminorum explanatio, ideo & mihi prima illorum erit cura. Intercedere, verbum, quamvis, quod præpositioni inter, & verbo cedere, principia sua debeat, indubitatum sit. Non tamen, quid significet, æque certum est: nam & passive, pro interjace-
re, seu in medio esse, usurpari, & activè, pro se interjice-
re seu interponere, monstrant Lexicographi *in lexic. hac voce*. Et quidem iterum duobus modis quis se interponere dicitur, ut sc. aut noceat, aut ut prospicit; priori sensu intercedere tunc idem est ac inhibere, vetare & se opponere; sic proprie jus intercedendi Tribunis plebis competuisse, testatur Gellius; noct. Att. l. 13. c. 12. nam in hoc creatos dicit, non ut jus dice-
rent, sed ut intercederent, opponerentque sese injuriis ac vio-
lentiis. vid. *lexic.* Calvini & Schardii. Posteriori vero sensu
amoris ac benevolentiae signum est, ita ut vel conciliandi
gratia pro aliquo intervenire, significet, vel alienam obliga-
tionem in se recipere, & res suas, sive se pro aliquo obligare:
quæ postrema acceptio juri nostro frequentissima, & etiam
hujus loci est. vid. dd. Auth. & C. J. Argent. t. ad SCtum
Vellej. th. 3.

III.

In voce mulieris, utpote satis notâ, non multum desce-
dandum esse reor, nisi quod monendum, cùm sâpe in Leg.
nostris virginis contradistinguatur, ut l. II. §. I. de contr.
empt. ibi: *quod si virginem emere vellem cum esset mulier.* & l. 17.
§. I. de adil. ed. ibi: *ita arctam ut mulier fieri non possit, sanam*
non videri constat, hic lato eam accipi sensu, omnes personas
sexus fœminei, comprehendente. vid. th. 4. sect. seq.

IV. Be-

... (5.) ...

IV.

Beneficium, in genere, esse benevolam quandam actionem gaudium tribuentem capientibus, patet ex Senec. l. 2. de benef. c. 6. & 2. feud. 23. Interdum autem operam & factum significare, videre est in l. 40. §. 1. de damn. infect. l. 46. de furt. Sæpe coarctatur ejus significatio, ita ut in secularibus, feudum vid. Dn. Struv. synt. jur. feud. c. 2. aph. 1. in spiritualibus autem sacerdotium seu præbendam denotet. vid. Calvin. *bac voce*. Non raro tamen pro jure præcipuo, seu privilegio ratione ætatis, sexus, conditionis &c. alicui concessio, accipitur; quem sensum etiam hic meum facio.

V.

Cognitis nominibus jam videndum quid in ipsis obtinet rerum argumentis: per §. 3. Inst. proœm. itaque beneficium hocce mulierum definio, quod sit jus, mulieribus intercedentibus, SCto Vellejano indultum, tutas contra creditores illas reddens, & si soluerint, soluti conditionem eis tribuens. Singularum illustrationem sequentium suppeditabit lectio.

VI.

Alio nomine istud beneficium vocatur SCtum Vellejanum rubr. & passim. ff. & C. ad SCtum Vellej. item SCtum de intercessionibus fœminatum l. 15. l. 29. §. 1. ff. l. 3. 19. C. d. t. exceptio intercessionis l. 7. §. 1. de except. decretum patrum l. 13. l. 19. C. ad SCt. Vell. amplissimi ordinis beneficium l. 16. d. t. obligationis alienæ recusatio l. 15. ff. eod. & generaliter beneficium l. 24. §. 2. d. t. Germ. daß Fräwliche Recht, aut die Fräwliche Gerechtigkeit, Freyheit, &c. Coll. Jur. Arg. tb. 3. d. t.

SECTIO II.

Exponens causas & effectus.

Primo temporibus Divi Augusti, mox deinde Claudii, cautum erat ne fœminæ pro viris suis intercederent, quippe pro quibus ob amorem facilius intercessuræ credebantur, sed

cum, pro extraneis intercedendo, non minus laedi viderentur, postea plenissime SCto Vellejano, Vellejo Tute, & Marco Sillano Consulibus (quo Imperatore, vid. probabiliter conjectans Col. Jur. Arg. th. 2. d. l.) ne pro quoquam rex fierent, provisum fuit. pr. & §. 1. ad SCt. Vellej. cui postmodum editum quoque Prætoris accessit. l. 19. C. d. t. & diversorum Imperatorum constitutiones. vid. l. 2. §. 4. l. 4. ff. l. 22. l. 23. C. d. t. N. 134. c. 8.

II.

Ansam hisce sanctionibus præstigit verecundia pudorque sexus muliebris; sicut enim à publicis & civilibus officiis remotus est l. 2. de R. I. ita quoque intercessionis negotium ipsi adimendum videbatur. l. 2. §. 1. ad SCt. Vellej. l. 8. C. eod. cum parum muliebri verecundiæ consentaneum videatur alienas suscipere defensiones l. 18. C. de procur. æquumque sit, defendi uxores à viris, non viros ab uxoribus. §. 2. I. de injur. in quo etiam officio non sola opera, nudumque ministerium, sed etiam periculum rei familiaris versatur. l. 1. §. 1. ad SCt. Vell. Wesemb. ad h. tit. n. 2. Franzk. ibid. n. 7. Hunnius ad Treut. V. I. D. 25. q. 5. & 6. licet quodammodo improbet hanc rationem Ritterh. ad Nov. part. 2. c. 4. n. 3. Carpzov. de jur. fœm. sing. dec. 4. pos. 1. n. 4. Bachov. in not. ad Treutl. vol. 2. d. 25. th. 1. l. 6.

III.

Sed maxime LL. latores movit mulierum fragilitas. l. 2. §. 1. d. t. quod maritalibus atque aliis blanditiis ad suscipendum sponsionis, onus infirmus ipsarum animus facile induci posse credebatur, parum cogitans, quid vesper serus ferat; spondere enim initio leve videtur, cum nullam præstationem pecuniae, sed solum consensum, exigat, præterea principalem fidem exoluturum fore, spes sit: ast tandem, juxta notum proverbium: sponde, noxa præstdò est. Comes æris alieni atque litis est miseria. **Birgen thut man würgen.** Wesemb. & Ritterh. d. l. Gomez. t. 2. c. 13. n. 16. var. resol. Accedit, quod alias etiam fœminis jus ignorare permisum sit. l. 9. de jur. & fact. ignor. vid. Thesaur. loc. com. Barbosæ & Dn Taboris l. 9. c. 3. apb. 13. Ant. Mornacii Observ. ad l. 11. C. de j. & f. ignor.

IV. Opti-

... (7.) ...

IV.

Optimâ ergo ratione leges mulieribus succurrunt, ne per obligationem reddantur pauperiores l. 2. §. 1. 2. &c. ad SCt. Vell. C. J. A. ad d. t. th. 10. neve exinde respublica damnum sentiat arg. l. 2. de jur. doc. l. 1. sol. matrim.

V.

Competit itaque hoc SCti Vellejani beneficium mulieribus; quo nomine licet in jure nostro sæpius virgines exclusæ veniant. vid. th. 3. f. 1. hic tamen omnes, sive virgines, sive vi- tiatæ, sive uxores, sive viduæ sint, comprehendendi, non est am- bigendum arg. l. 25. §. 9. de aur. & arg. leg. l. 81. §. 1. de leg. 3. l. 13. de V. S. sexum enim, non sexus qualitatem Senatus re- spexit. Franzk. Comment. ad SCt. Vell. n. 10. Mevius ad jus Lu- bec. p. 1. t. 10. ar. 3. n. 10. idque sive pater consentiat nec ne. l. 3. l. 8. C. ad SC. Vell. Perez. d. t. n. 11. Zoës ad d. t. ff. n. 5. Hunn. ad Treut. vol. 1. disp. 25. q. 4. Non solum autem mulier, sed etiam hæredes ejus l. 20. C. ad SCt. Vell. fidejussores l. 19. §. f. l. 8. §. 14. ff. l. 14. 15. C. eod. omnesque illi qui mandato mulieris intercesserunt, ac inde actionem contra ipsam habent, beneficio isto fruuntur. vid. l. 6. 7. 8. §. 4. 6. l. f. §. 3. d. t. quia realis est exceptio l. 7. §. 1. de except. totamque obligationem Senatus improbat l. 16. §. 1. d. t. ad SCt. V. Imò licet regres- sum contra mulierem non habeant. d. l. 16. §. 1. l. 7. d. t. Dn. Struv. Ex. 21. th. 4. Val. Francus de fidejuß. c. 2. n. 156. & seqq. C. J. A. ad tit. de SCt. Vell. th. 7. Hun. ad Treut. d. D. 25. th. 3. l.c. Si fœmina & mas simul pro aliquo intercedant, in solidum adversus marem, subductâ mulieris personâ datur actio. l. 48. pr. de fidejuß. Zoës Comment. ad SCt. Vell. n. 7. Dn. Struv. d. E. th. 5.

VI.

Tunc autem dicto beneficio fruitur mulier, quando pro aliquo, quisquis ille sit, intercedit, h. e. vel veterem vel no- vam obligationem in se suscipit; Veterem suscipit, aut per participationem, seu cumulative, aut per translationem, seu privative. Participative intercedere dicitur mulier, quando obli- gatio in principalis debitoris persona subsistit, ipsa autem ac- cessorie

cessorie inde obligatur: quod accidit vel fidigubendo l. 3. C. ad
SCT. Vell. vel constituendo, l. 1. §. 1. de const. pec. vel mandan-
do l. 6. 7. l. f. §. 3. ff. ad SCT. V. vel in arbitrum alieno nomine
compromittendo l. 32. §. 2. de recept. arb. vel pignori pro aliquo
dando l. 8. pr. ad S.C.V. vel in jure respondendo l. 26. d. t. Franzk.
Com. ad d. t. n. 14. Dn. Struv. d. l. th. 3. Donell. Com. l. 12. c. 29. Transla-
tive intercedit, quando priorem & veterem obligationem à
principalis debitore tollit, ac in se novando transfert, veluti
expromittendo l. 8. §. 8. d. t. hac etiam refer casum d. l. 8. §. 2.
quem Ant. Faber lib. 18. conject. c. 1. non solum obscurissi-
mum sed etiam corruptissimum nominat. Vel judicium pro
aliquo suscipiendo l. 2. §. f. d. t. l. 2. C. de fact. quia & tunc is,
pro quo judicium suscipitur, liberatur. d. l. 2. C. de fact. l. 10.
§. 1. de in rem vers. l. 23. de solut. Dn. Struv. & Franzk. loc. cit.

VII.

Novam obligationem in se recipere dicitur mulier, quan-
do ab initio se ream facit pro alio, cum quo creditor alias erat
contracturus, veluti, si, cum quis pecuniam esset accepturus
mutuam, intervenerit mulier, quæ acciperet isti ex sua persona
datura, quia etiam tunc in effectu intercessio subest. l. 8. §. 14.
ff. l. 4. 10. 19. C. ad S. C. V. Dixi, cum quo creditor alias esset
contracturus, secus enim erit si mulier recte ab aliquo mutuum
accipiat, & alteri deinde det. d. l. 4. & 10. licet creditor scive-
rit mulierem, ejusmodi pecuniam in usum alterius versuram
l. 13. C. d. t. dum enim non eo fine dedit, ut verteret, nec col-
lusorie, nec fraudem SCTo fecisse censetur Franzk. d. l. n. 16.
Uterque hic modus breviter SCTi verbis continetur l. 2. §. 1.
verb. fidejussiones & muticicationes: ubi mutuationes malè le-
git Hottom. I. Obs. 15. & 4. th. 15. vid. Cujac. tr. 4. ad African.
in l. 17. & 19. ad SC. V. Treutl. v. 1. disp. 25. th. 1. l. d. ibique
Hunnium.

VIII.

Jam videndum in quo sæpius allegatum consistat SCTi
beneficium. In eo nimirum quod fœmina, si ex suâ convenia-
tur intercessione, actoris intentionem exceptione clidere
queat: l. 17. §. f. l. 23. ff. l. 3. l. 9. C. h. t. neutquam enim illo-
rum

(9.)

rum arridet opinio, qui ex verbis d. SCri l. 2. §. 1. neve petitio &c. ipso jure illam tutam faciunt, sicut bene hos refutat Perez. ad Cod. d. t. n. 2. Rittershus. ad Novell. part. 2. c. 4. n. 4. & seq. Sin vero aperte de intercessione constabat statim actio dene-
gabatur d. l. 2. §. 1. vers. neve. l. ult. §. 3. vers. totus. l. 16. inf. ad
SC. V. simili modo ut in actione & exceptione Jurisjurandi tra-
dunt Dd. per l. 9. pr. de jurej. Franzk. ad d. t. n. 31. Treutl. V.
I. D. 25. tb. 2. l. c. ibique Hunn. & Bachov. Donell. lib. 12.
Comment. c. 30. Dicta exceptio rei cohæret, l. 7. §. 1. de except.
perpetua est l. 40. de condit. indeb. & etiam post sententiam,
quā fœmina condemnata, opponi poterit, l. 11. ad SCt. Ma-
ced. Coll. Jur. Arg. ad tit. de SC. Vell. tb. 9. Dn. Struv. Ex. 21.
tb. 7. Interdum verò ipso quoque jure non valet, quod inter-
cessionis causa gestum est, non quidem vi ipsius Senatus Con-
sulti, sed Justiniani additionis: sc. si i. intercessio publico in-
strumento, tribus testibus signato, probari nequeat. l. 23. §.
f. C. ad SC. V. ubi tamen nihil innovatur in iis casibus, quibus
alias mulieres Vellejano non juvantur. vid. Gloß. ad d. §. f.
Treut. d. D. 25. tb. 2. l. 6. & ibidem Bachov. Vel 2. si pro marito
facta fuerit N. 134. c. 8. & inde sumptâ Auth. si que mulier. C.
d. t. hinc mulier beneficio suo validè renunciatura (quod an fa-
cere possit? sect. 3. tb. 9. discutietur) casu, quo pro marito se
obnoxiam facit, præter SCtum Vellej. specialiter quoque huic
novellæ Constitutioni renunciet, secundum mores receptos
necessæ est. Scheffer quæst. pract. q. 36. n. 143.

IX.

Quotiescumque igitur mulier intercesserit inanis erit
Creditoris omnis contra ipsam exactionis conatus, & quidem
in tantum ut nec pignora teneantur l. 29. pr. ff. ad SC. V. cum
totam obligationem Senatus improbet, l. 16. §. 1. d. t. C. J. A.
ad d. t. tb. II. Imò si solverit, condicione indebiti solutum re-
petere poterit. l. 8. §. 2. inf. & §. 3. l. 24. §. 2. l. 31. ff. l. 9. C. d. t.
licet ex errore juris id fecerit, arg. l. 9. de jur. & fact. ignor.
Modò non solverit ex condemnatione in judicio facta:
propter autoritatem rei judicatæ l. 29. §. 5. mandat. l. 60.
pr. ff. eod. l. 1. C. de condit. indeb. Aut, sciens se auxilio

SCti tutam l. 26. §. 3. l. 24. d. t. l. 8. §. 20. ad SC. V. l. 21. §. 1. de inoff. test. Præterea datur quoque mulieri rei vindicatio. l. f. §. 1. 2. ff. l. 7. C. l. 39. §. 1. de R. V. An autem mulier prædicto modo beneficio suo contra creditores in foro soli uteris, etiam in foro poli, seu conscientia tuta sit? non absque ratione dubitatur: in qua quæstione, certi aliquid statuere non tam difficile quam periculose esse dicit Hering. *de fidej. c. 7. n. 526.* Pro affirmativa tamen calculum ponit densior Doctorum turma, vid. Hering. d. l. Valent. Franc. *de fidej. c. 2. n. 155.* Joh. Gœddeus *de contrah. & committ. stip. c. 7. concl. 16.* Tiraquel. *de Leg. connub. gloß. 4. n. 15. & seqq.* Gomez. *tom. 2. var. resol. c. 13. n. 16.*

X.

Sed ne creditores damno hâc ratione efficiantur, Prætor ipsi subvenire æquum duxit, considerans eum potius pro quo intercessio facta, quâm creditorem, mulierem decepisse l. 1. §. 2. l. 14. ad SC. Vell. Franzk. ad h. t. n. 39. utpote cuius parum intererat an hunc vel alium haberet efficaciter obligatum debitorem. Hinc, si fœmina veterem seu priorem obligationem in se per novationem transtulerit, rescissâ istâ intercessione pristinam actionem creditorî in debitorem restituit, quæ proinde restitutoria l. 8. §. 9. 12. 13. ff. l. 8. & passim C. d. t. rescissoria l. 16. C. ibid. & utilis l. 8. §. 8. ff. d. t. vocatur. Dn. Struv. Ex. 21. tb. 8. Donell. lib. 12. Com. 31. & Hillig. ibid. Quod si participativè tantum intercedat mulier, hancce restitutoriam à Prætore impetrare, non erit opus, quia antiqua actio salva remanet. Hahn. ad Wesembec. b. t. n. 8. Sin autem initio novam pro alio recipiat obligationem, in ipsum, cuius causa contraxit, itidem conceditur actio l. 8. §. pen. d. t. cumque tum magis instituatur, quâm restituatur d. §. pen. Interpretibus communiter restitutoria dicitur, Accursio autem in l. 10. d. t. institutoria: quare, & an bene? v. Cujac. 16. Obs. 27. Dn. Struv. d. tb. 8. Treut. V. I. D. 25. tb. 6. l. d. ibiqz Bach. & Hunn.

XI.

Neque impedit, quod debitor acceptilatione sit liberatus, priusquam mulier intercessit, modò sc. respectu intercessione

266

... (II.) ...

sionis perficiendæ liberatio contigerit. l. 8. §. 7. 8. ad SC. Vell.
Treutl. V. I. D. 25. th. 6. l. b. Aut 2. quod creditor post inter-
cessionem mulieri accepto tulerit; inanem enim actionem di-
misit & propriis viribus non suffultam d. l. 8. §. 9. Aut 3. quod
creditor mulieri hæres extiterit d. l. 8. §. 12. Aut 4. veteri de-
bitori mulier successerit. d. l. 8. §. 13. quo casu non refert, u-
trum hâc restitutoriâ creditor illam convenire velit, an dire-
ctâ ex persona defuncti, d. §. 13. Coll. Jur. Arg. ad d. t. th. 12.

XII.

Et cum in pristinum statum restituatur hæc actio, natu-
tamque prioris sequatur, hinc etiam, prout illa comparata
erat, vel perpetuæ, vel temporalis qualitatem reassumet l. 10.
l. 24. §. f. d. t. ac similiter, in omnes, qui per mulieris inter-
cessionem liberati sunt, competit. l. 8. §. 11. v. gr. hæredes
debitoris d. l. 10. fidejussores l. 14. d. t. &c. Dictæ tamen
actioni restitutoriæ, seu institutoriæ, locus non est, si mulier,
primo, pro eo intervenerit, qui, si cum ipso contractum esset,
non obligaretur, utputa propupillo, sine tutoris autoritate
contrahente, nec locupletior facto (hic enim ne naturaliter
quidem tunc obligatur l. 59. de O. & A. &c. Ludvvel. in Com.
ad l. 12. t. de auctor. & cons. tur. pr. n. 1. & 2.) Aut, pro eo, qui
restitui potest, ut minore 25. annis; Aut à quo exigi nequit,
ut filiofamilias contra SCtum Maced. mutuum accipiente d. l. 8.
§. f. Secundo, si mulier ipsa efficaciter conveniri poterit: quod,
quando contingat, dicetur sed. 3. Tertio, si ordinaria alia lo-
cum habeat actio, sicut evenit in casu d. l. 8. §. 8. juncta l. 4. de cond.
caus. dat. tum namque extraordinarium remedium cessat arg.
l. 32. de damn. infect. l. 1. §. 2. de public. in rem,

XIII.

Huic ex SCto Vellejano proficiscenti mulierum benefi-
cio cognatio quædam intercedit cum illo, quo filiofamilias
ex Macedoniano fruuntur; utrobique enim læsis propter in-
genii imbecillitatem succurritur l. 11. ad SC. Maced. Item cum
beneficio minorum, ratione restitutionis. Plurimæ tamen vi-
cissim interstant differentiæ quas vid. in C. J. A. th. f. ad b. t. de
SC. Vel. Donell. Comm. l. 12. c. 30.

Z 2

SECTIO



SECTIO III.

*Agens de contrariis, seu casibus quibus
mulieris intercedentis beneficium
cessat.*

HAc tenus de modis, quibus intercedentium mulierum beneficium locum invenit. Consequens nunc est ut de iis quoque quibus cessat, verba faciam: quos commode ad tres generales reduci posse autumo; primus nimirum erit, si aliud quid, quam intercedere, agit mulier. Secundus, si vere quidem intercedit, sed ob factum suum se indignam privilegio reddit. Tertius, si alia quædam singularis rei, vel personæ conditio subest.

II.

Quod itaque primum modum concernit, non juvatur mulier. I. si pro alio solvat *l. I. l. 4. C. ad SC. Vel. quocunque modo id fiat l. 5. ff. eod. etiam si creditorem suum tanquam intercessura deleget l. 8. §. 5. d. t. Dn. Struv. Ex. 21. tb. 9. n. 2. II. Si alii donet *l. 4. §. 1. d. t.* quamvis enim plus videatur esse donare quam fidejubere; quia tamen facilius mulier se obligat, quam donat, *d. §. 1.* ita ut ejus liberalitatem miraculi loco esse dicat Baldus, referente Hering. *de fidejuss. c. 7. n. 425.* cui succedit *l. 33. §. 1. de don. int. vir.* hinc, more LL. latoribus consueto, major adhibenda erat cautela, ubi frequentius extabat periculum; cuius axiomatis plura exempla videri poterunt, in *thesauro loc. comm.* Barbosæ & Dn. Tabor. *l. 6. c. 2. axi. 1.* Et hoc procedit, licet mutuum accipiat ab aliquo ut cuidam donet. *d. l. 4. §. 1.* creditorque illam causam non ignoraverit *arg. l. 12. b. t.* siquidem mulier hoc casu nullam recipit alienam obligationem, neque veterem neque novam, sed ipsa eam facit, sicut in simili ratiocinatur Ulpian. *l. 8. §. 1. d. t. jung. l. 18. de donat.* III. Si pignus remittat *l. 11. l. 21. C. ad SC. Vell.* nam non sicut datio, ita etiam redditio pignoris, intercessio est *l. 8. pr. d. t.* Perez *ad Cod. eod. t. n. 9.* nec etiam do-*

natio

... (13.) ...

natio l. 18. quod in fraud. cred. ita ut recte uxor marito pignus remittat, licet eidem donare prohibeatur d. l. 18. vid. Carpz. jurisprud. for. part. 2. c. 16. def. 14. In obligationem tamen, ut & alienationem dotalium, aut propter nuptias donatorum immobilium, consensus ejus non aliter ratus erit, nisi eundem post biennium repetierit, & aliae adhuc res viro sint ex quibus ei consuli possit N. 61. c. 1. & inde sumpta Auth. five a me. C. ad SC. Vell. Rittersh. ad Nov. p. 5. c. 9. n. 10. Cujac. ad d. N 61. Berlich. pract. conclus. con. 20. n. 15. IV. Si alicui quid facienti vel omittenti indemnitatē promiserit unde periculum metuebat l. 8. §. 1. l. 19. pr. §. 1. & seqq. ad SC. V. Dn. Struv. Ex. 21. th. 9. n. 3. V. Si proprium negotium gerat, seu, ipsa principaliter contrahat: v. gr. si vendat, locet, mutuum accipiat &c. l. 11. l. 13. pr. l. 19. pr. ff. l. 2. C. d. t. Alias commerciis ipsis interdictum esset, & sic in perniciem vergeret, quod in gratiam ipsarum leges introduxerunt contra l. 25. ff. l. 6. C. de legib. c. 61. d. R. I. in 6. Hering. d. fidejuss. c. 7. n. 416. ubi etiam in seqq. eleganter ita contra mulierem decidit casum, quo debita mariti à creditoribus suum urgentibus, emerat, ut tandem illius vexam redimeret. Hinc ridendi Advocati, non entis nullas qualitates esse, non perpendentes, qui in instrumentis emptionum, venditionum, aliorumque contractuum principalium, mulierem beneficio suo renunciarē patiuntur, cum tamen id alias ipsis non competisset, nec quod nunquam quis habuit, desisse habere, videatur l. 208. d. R. I. Et praedicta in tantum procedunt, ut licet pro alio se obligaverit, si tamen in rem utilitatemque suam id fiat, auxilium SCti similiter frustra imploret: exempla vide in l. 3. l. 8. §. 1. l. 13. pr. l. 21. l. 22. ad SC. Vell. Auth. si quem mulier C. eod. l. 8. §. 1. ff. qui sat. cog. l. 20. & seqq. solut. matrim. quia in effectu, non alienum, sed suum gerit negotium.

III.

Unde mulieris obligatio firma est, si pro marito suo incarcero vel aliquā aliā justā & honestā ex causā fidejubeat, ubi enim de pietate agitur frustra ad apices Juris recurritur Anton. Mornacius in suis Obser. d. leg. 21. §. 1. ad SC. V. hisque

Z 3

casibus



casibus non tam aliena quam propria causa est, quando de necessitate honore & utilitate mariti quæstio vertitur, per ea quæ notat Baldus & Connan. ad l. 20. solut. matrim. Pet. Surd. conf. 367. n. 14. citati in thesaur. Barbos. & Dn. Tabor. l. II. c. 55. ax. 8. Sic quoque tacet SCtum, si debitrix mulier à creditore suo alteri delegetur l. 2. C. ad SC. V. vel pro eo cui delegata est promiserit l. 24. pr. ff. d. t. modo ipsa à creditore suo ita liberetur d. l. 24. §. 1. junct. d. l. 2. Cujac. tr. 4. ad Africam. in l. 19. §. f. b. Dn. Struv. Ex. 21. tb. 9. n. 4. & quem alleget. Duaren. h. t. 2. Item si mulier & Titius in rem communem mutuarentur, ac ejusdem pecuniæ rei facti essent, mulier efficaciter pro ratâ tenetur l. 17. §. f. d. t. Specialiter tamen obtinet, ut, si unà cum marito principaliter se obligaverit, seu, correæ facta fuerit, talis obligatio quoad uxorem non valeat. Dd. comm. per Auth. si qua mulier C. ad SC. V. (procul dubio propter metum, vel reverentiam, vel amorem, quo occupata, marito non contradictura, sed ad quævis assensum facile præbitura, præsumitur. vid. Ant. Faber Cod. lib. 4. t. 21. defin. 21.) Nisi pecuniam in utilitatem uxorius versam fuisse manifesto probetur, d. Auth. si qua mulier. vel id ipsum mulier in judicio confiteatur. arg. l. 1. 3. 6. pr. & §. 2. de confess. junct. c. 6. de renunt. c. 16. §. f. de sent. & rejud. Gail. 2. Obs. 89. Perez. ad Cod. n. 12. tit. de S.C. Vell. Carpzov. 2. resp. El. 75. n. 6. & seqq. In usum verò mulieris pecuniam cessisse, seu ad ipsam pervenisse etiam tunc censemur, quando ejus luxus, vestitu, aut illecebris dilapidata est. arg. l. 4. §. 1. ad SC. V. l. 3. §. 6. de in rem vers. l. 15 si quis omis. caus. test. Hering. de fidej. c. 7. n. 405. Dn. Struv. Ex. 21. tb. 11. Scotan. D. 34. tb. 16.

IV.

Secundus modus generalis, sive causa, mulierem intercedentem beneficio suo excludens est (ut tb. 1. dixi) factum ipfius proprium. Cujus primam speciem constituit dolus, si sc. callide ac dolose ad intercedendum accesserit. Deceptis, enim non decipientibus succurritur; & infirmitas fœminarum, non calliditas auxilium meruit, l. 2. §. 3. ad SC. Vell. ne, quod imbecillitatis debet esse adminiculum, fiat mantellum inqui-

(15.)

iniquitatis. Dn. Carpzov. *de jurib. fæm. sing. dec. 4. pos. I. n.*
 II. Variè autem dolus à muliere committitur. I. Si decipiendi animo, seu se non teneri sciens, nihilominus pro aliquo intercesserit *l. 30. pr. d. t.* nam quid aliud agit, quam quod pro ludibrio leges habeat, qui, ut earum auxilium imploret, contra eas committit? *l. 37. in f. de minor.* Insigne e-jusmodi fraudis muliebris exemplum narrat Mornacius *in suis Obser. tit. ad SC. Vell. in d. l. 2. §. 3.* II. Si negotium suum esse simulaverit *l. 4. l. 11. 12. ff. l. 1. l. 18. C. ad SC. V.* dummodo creditor id ignoret, *dd. ttxx.* Zoes *ad h. t. n. 10.* III. Si patientiam præstanto marito res tanquam proprias obliganti suas esse dissimulaverit *l. 5. C. d. t. l. II. de distract. pign.* vid. Ant. Fabrum *in suo Cod. lib. 4. t. 21. def. 23.* IV. Si eum, qui alias contrahere solebat, induxit ut pecuniam marito crederet, forsan opimam sibi in commune obventuram hæreditatem ipsi depingendo, vel aliis flebilis suæ vocis speciebus eum illiciendo. Ant. Faber. *d. loc. def. 4.* ubi etiam *def. 17.* huc refert casum, quo fœmina, ut cluderet executionem contra maritum faciendam, se pro ipso obligaverat. Ad exemplum Vellejani cessionis quoque beneficio mulier, dolose versans cadit, veluti si aliquid ex bonis subtraxerit *arg. l. 71. §. 3. de acquir. hær.* Mascard. *de probat. vol. 1. concl. 50. n. 2.* Chassanæ *ad consuet. Burgund. rubr. 4. §. 21. verb. ayent soubstrait & recelé.* Inventarium non confecerit, *arg. l. 7. pr. de admin. tut.* Juramentum non præstiterit, vel alia requisita & solennia Legum vel Statutorum non observaverit, ne alias effectu juris gaudeat, in cuius essentialia peccavit, aut legis beneficio perfruatur, quam contemnendam censuit *l. ult. §. 12. in f. C. de jur. delib. Lancell. 2. Inst. 3. Can. 20. §. hoc autem.*

V.

Secunda facti muliebris species est: Si pretium pro intercessione acceperit, & hoc solenni scriptura, vel alias à creditore probetur *l. 23. C. ad SC. V. ibi q³* Mornac. Quæ enim hic imbecillitas vel infirmitas? quodnam periculum rei familiaris, quando mulier intercessionis suæ præmium accipit, & augustissimum prudentissimi Ordinis privilegium pretio nummario

rio æstimat & de honestat? arg. l. I. §. 5. de extraord. cogn. ita ut merito avaritiæ suæ pœnas luat. Hering. de fidejus. c. 7. n. 433. Cujus autem quantitatis dictum premium esse debeat discrepant inter se JCti: quibusdam illud æquale esse debere summæ pro qua intercedit contendentibus: è quo numero est Cynus rubr. C. ad SC. V. quam sententiam quoque æquitatem habere afferit Sichard. d. rubr. u. 20. Quibusdam quantumcunque summam ad excludendam mulierem sufficere putantibus. ut Salicet. ad d. l. 23. Donell. lib. 12. c. 32. Col. Jur. Arg. d. t. th. 5. n. 14. Quibusdam medium viam amplexis judicis arbitrio illud remittentibus, ut Menoch. de arb. jud. quæst. l. 2. cas. 234. n. 3. Molin. de just. & iur. D. 40. n. 17. allegati à C. J. A. d. l. Franzk. eod. n. 24. Treutl. Vol. I. D. 25. th. 4. l. 4. ibiꝝ Hunn. & Bachov. in quorum castra & ego transire mallem.

V I.

Tertia, si major 25. annis post biennium intercessionem reperierit l. 22. C. ad SCt. V. quo casu suâ, non alterius causâ, & quidem ex magna deliberatione, non etiam ex fragilitate sexus id fecisse videtur. Carpz. de jur. sing. fæm. dec. I. pos. I. n. 14. Zanger. de except. part. 3. c. II. n. 124. quia geminatio deliberatum propositum, præcisamque voluntatem denotat, & actum validum reddit, sicut pluribus ostendit Everhard. in loc. arg. leg. loco à vi geminationis 121. nec errare quis præsumitur actu geminato intercedente gloss. in c. ex liberis x. de divor. A dicta tamen constitutione excipitur mulier pro marito intercedens, quæ, sive semel, sive multoties intercessionem reiteraverit, in cassum semper laborat N. 134. c. 8. ac inde sumpta Auth. si qua mulier. C. ad SC. V.

VII.

Quarta, si intercessio juramento confirmata fuerit. c. 9. de jurejur. & arg. c. 28. eod. c. 2. de pact. in 6. Tanta etenim jura menti virtus est, ut adjectum actui, illum alteret ac firmet, de nullo aliquem, & de invalido validum faciat dd. cc. quibus add. c. 2. de jurej. in 6. l. I. & Auth. sacramenta puberum C. si advers. vend. vid. late Everhard. loc. arg. leg. loco à juramenti vi & efficacia

.... (17.)

cacia 130. n. 5. & 48. Idque procedit, licet de beneficio suo
haud specialiter fuerit edocta foemina propter ratt. pradd. jura-
mentum namque pro certioratione habetur, & jurans de
quocunque juris remedio implicite cogitasse præsumitur. Gail.
2. Ob. 41. n. 5. & 0.77. n. 10. Dn. Franzk. Comm. ad SC. V.
n. 28. Dn. Struv. Ex. 21. th. 10. n. 5. & alleg. ab eo. Gutierrez.
de jur. confirm. part. 1. c. 20. add. Hahn. ad Wesemb. d. t. n. 9.
Ubi tamen cum Mevio ad Ius Luc. l. 1. t. 5. art. 7. n. 120. faten-
dum, tutius esse si certioratio accesserit. Imò intercessionem
juramento vallatam firmo talo stare automo, licet specialiter
SCto haud renunciatum fuerit arg. d. c. 9. de jurej. ubi simplici-
ter nulla facta renunciationis mentione, mulier fidejubens jura-
mento, obligatur. junct. d. c. 28. eod. c. 2. de pact. in 6. & ratt.
pradd. Fachin. lib. 2. c. 61. Dn. Franzk. Struv. d. loc. & Auth.
ab ipsis allegati. diff. Berlich. p. 2. concl. 19. n. 39. Thesaur.
decis. Pedem. 222. & plares quos ibidem citat alii. Quamvis
enim jure Civili jusjurandum eam vim neutiquam habeat.
arg. N. 51. pr. l. 5. C. de legib. l. 7. §. 16. ff. de pact. siquidem ju-
ramentum, quod Mercurio, qualitates suas pro natura stel-
læ, cui conjungitur, mutant: ac polypo, colorem rei cui
adhæret, assumenti, comparatur, obligationem non extrin-
secus auget, sed intra suos limites permanenti, vinculum
religionis solum annexit. vid. Franzk. Comm. ad t. de jurejur.
n. 51. Munoz. de Escobar, de ratiocin. administ. cap. 5. n. 9.
Dn. Struv. Ex. 17. th. 22. de jure tamen Canonico subsistit,
quo omne juramentum, in alterius præjudicium non redun-
dans, nec vergens in dispendium salutis æternæ, servari jube-
tur. c. 28. x. de jurejur. c. 2. de pact. in 6.

VIII.

Quintam & ultimam facti mulieris speciem constituit
ipius renunciatio. Num mulier singulari suo juri, quo ex
SCto Vellejano superbit, firmiter renuntiare valeat? famige-
rata & quotidie frequentata quæstio est: Renunciationem in
judicio factam validam esse non dissentunt dissentientes; im-
becillis enim consilii moderamen mulieri tunc præbet judicis
aduentia, & ut alias, ita etiam in passu renunciationis, Acto-

Aa

rum



rum authoritas omnem supplet defectum. In casu quoque, quo mater vel avia liberorum tutelam suscipit, earum, dicti beneficii renunciationem, subsistere, facile iidem largiuntur, rotundo textu *l.f. & Auth. matri vel aviae.* C. quando mulier tut. off. convicti. Quam renunciationem, necessariam, ex Alexand. & Alber. vocat Gail. 2. O. 77. n. 2. Tantum ergo controvertitur, An extrajudicialis valeat renuncatio, & quidem simplex? (si enim juramentum accesserit, quin valeat, nemo ibit inficias; cum etiam absque rennciatione intercessionem juratam efficacem esse th. præc. probatum sit.) Negativam tuentur Couarruv. in c. quamvis de pact. in 6. part. 2. §. 3. n. 5. Gomez. var. resol. tom. 2. c. 13. n. 17. Zoes h. t. n. 17. Donell. Com. lib. 12. c. 32. ibiꝝ Hilliger. Bachov. ad Treutl. V. I. D. 25. th. 4. l. e. & f. Vinn. I. q. 48. Wesemb. t. ad SC. Vell. n. fin. Hering. de fide- juſſ. c. 7. n. 467. & seqq. & alii quos longo agmine adducit ac sequitur Berlich. part. 2. concl. 19. n. 19.

IX.

Sed magis est ut cum Hænonio D. 1. ad reg. jur. in leg. 2. q. 4. Hahn. ad Wesemb. t. de SC. V. n. 9. Gail. 2. O. 77. Carpz. de jur. fœm. sing. dec. 4. p. 2. Dn. Struv. Ex. 21. th. 10. n. 3. Franzk. Comment. ad SC. V. n. 29. Coll. Jur. Arg. eod. tb. 5. n. 15. Rittersh. ad Nov. p. 3. c. 4. n. 7. & aliis ab his allegatis, affirmati- vam amplectar; tum quod in foro recepta sit, teste Gail. d. l. & praxi adversari, eslet inani conatu contra torrentem niti; tum quod etiam prægnantioribus rationibus & juris nostri le- gibus innitatur. Textum enim primo expressum habemus in l. ult. §. pen. ff. ad SC. V. ubi cautio, de non utenda ex- ceptione SCti Vellej. à muliere, antequam ad judicium iverit, seu extra jus aperte exigitur. addel. 21. C. eod. Regula deinde communis est, quemlibet favori pro se introducto renunciate posse l. pen. C. de pact. ibiꝝ Gloss. l. 46. ff. eod. l. 41. de minor. c. 16. de regular. c. 6. de privil. ne alias invito beneficium detur l. 69. de R. I. hinc Plin. in paneg. Trajan. hanc esse ait principi- lium beneficiorum summam, si illis & non uti liceat. In fa- vorem autem mulierum hoc SCtum introductum esse, passim leges docent vid. l. I. §. 2. l. 2. §. 2. 3. ad SC. V. l. 40. de condic. indeb.

... (19.) ...

indeb. Firmum etiam argumentum adduci potest ex l. 8. §. 10.
d. t. ad SC. V. ubi mulier solutionis condictioni renunciat,
 quam tamen præcipuum SCti effectum esse patet ex l. 8. §. 3. *d. t.*
l. 40. de condit. *indeb.* Cum itaque effectui renunciare possit,
 cur juri renunciare prohibetur? jus enim sine effectu, ver-
 bis non rebus impositum censetur, reque ipsa nullum est vid.
l. 2. inf. C. comm. de leg. l. 28. C. de usur. Accedit quod tacita
 mulieris renunciatio valet, quando scil. exceptionem SCti
 omittit *l. 11. ad SC. Maced.* *l. 14. de publ. in rem act.* adde *l. 22. C. ad SC. V.* ubi mulier post biennium efficaciter intercedit,
 quod nihil aliud quam ipso facto beneficio renunciare est.
 Si ergo tacita & ex facto præsumpta renunciatio sufficit, mul-
 tò magis expressa efficax erit; ne aliàs expressi minor vis sit,
 quam taciti *l. 195. de R. I. ibid. Dd. l. 52. de C. & D.*

X.

Nec obstat, quod potissimum urgent dissentientes:
 eadem facilitate renunciare posse mulierem, quâ intercedere.
 Præterquam enim quod, secundum Perez, *d. loc.* non tam vera
 quam ficta sit hæc ratio, quam divinatoriam propterea appellat Hahn, *ad Wesemb. d. t. ad SC. V. n. 9.* siquidem in inter-
 cedendo multum à periculo distare se credit mulier, principa-
 lem soluturum sperans, renunciando autem illud sibi proximum
 animadvertisit, dum omni repudium dat auxilio: ulterius etiam
 certioratur, (sicut ex postea dictis liquebit) cauteque agen-
 dum esse admonetnr, ac omnia jura ad vivum ipsi repræsen-
 tantur, ita ut non levitate quadam, sed deliberato animo ad
 factum hocce procedat.

XI.

Ut, inquam, renunciatio mulieris valida sit certioratio eam
 præcedat necesse est, quâ quid commodi SCti Vellejani bene-
 ficium contineat, & quâ prærogativa suffultum, probè edo-
 ceatur mulier, *Gail. 2. O. 77. n. 1.* cum jus suum ignorare præ-
 sumatur *l. 9. de jur. & fact. ignor.* Et sicut mature considerare
 nequimus, quæ ignoramus; ita nec renunciare credimur iis
 de quibus non cogitamus *l. 5. l. 9. inf. de transact. l. 35. l. 47.*
S. I. de pact.

Aa 2

XII.

XII.

A quo autem mulier certiorari debeat? non otiosæ quæstionis est, & in quâ, judicio Heringii c. 7. n. 474. mirum apud Doctores silentium. Utrum à creditore? aut à Notariô? quid enim si non sit certiorata, num culpa erit Creditoris, qui sibi non vigilavit? cui sanè maxime incumbit ut, contrahendo cum muliere, sit providus & diligens l. 17. inf. pr. ad SC. V. An vero cum Notario agendum? cujus tamen parum interest mulier renunciet nec ne arg. l. 7. pr. qui satud. cog. & cui forsan aliâs curiositatis vituperandæ nota posset objici arg. l. 19. inf. de novat. l. f. C. de apparit. procons. l. 36. d. R. I. Sed quicquid sit, Notarii potius curæ certioratio assignanda erit, quâm vel creditoris, vel tutoris mulieris judicarii, vulgo. **Kriegischer Vormünder.** Cum enim clausularum illarum, instrumentis adjici solitarum, vis ut plurimum contrahentes lateat, quas tamen Tabellio juxta fori & stylum morem, omittere nequit, nisi ipse metu incitiam suam prodere ac partibus ad interesse teneri velit Gail. 2. O. 77. n. 8. per l. 14. §. 3. C. de SS. Eccles. hinc utique ipsius hic labor, hoc opus erit, ut contrahentes erudiat, quæ clausulæ in hac vel illâ materiâ apponi consueverint, quæratque num & ipsi quâpiam illarum contractum suum munire velint? nec non verborum latinorum sensum explicet, ne ulla deinceps partibus, quidquam præter ipsarum notitiam annexum fuisse, calamniandi ansa supersit. Hinc formula cautis Tabellionibus nota: **Wir begeben uns hiemit desß beneficii SCti Vellejan. dem Fränlichen stand zum besten verordnet / desß sen Inhalts / und darin gegonten Vortheils wir auch hiemit in Teutscher sprach verständlich und genugsam nach allen Umbständen erinnert worden.** Hering. de fidjuss. c. 7. n. 474. & seqq. Clariss. Dn. Hausman. in disþ. sua inaug. de certiorat. SCti Vell. th. 3. 4. & 8. Berlich. p. 2. c. 19. n. 94.

XIII.

Parum itaque renunciatio mulieris conduceat, nisi simul quoque illam certioratam esse, probetur; facti namque quæ sunt,

... (21.) ...

sunt, non præsumuntur antequam de iis fides fiat. Gail. 2.
O. 71. n. 4. per c. 1. de constit. in 6. l. 30. de V. O. l. 13. inf. de
public. in rem act. Ubi tamen assertioni quoque Notarii stan-
dum erit, in instrumento intercessionis, certiorationem legi-
timè peractam esse, scribentis, quippe qui officio suo bene
functus creditur. arg. c. 13. de prescript.

XIV.

Sed quid si Notarius mulierem SCto Vellejano renun-
ciasse, certioratamque fuisse scribens, postea quid Vellejan.
SCtum sit interrogatus, obmutescat? Instrumenti fidem tunc
vacillare, renunciationemque invalidam esse puto cum Gail.
d. O. 77. n. 7. Berlich. p. 3. pract. concl. 19. n. 53. Fachin. lib.
11. contr. c. 65. Quia Notarii formula partibus incommodo
esse non debet, si plus scriptum sit, quam dictum: nec figu-
ra literarum sed mente & sensu obligamur l. 38. d. V. O. Ne
dicam eum quodammodo suspicionem doli mali incurrire,
qui in negotio quod gerit, quid, quod factum non est, fa-
ctum afferit. Accedit quod renunciations cum parva causæ
cognitione plerumque fiunt, nec tam partium consensu quam
consuetudine Notariorum, ut plurimum vim clausularum igno-
rantium, instar psittacorum loquentium: vel Cantorum, qui be-
ne cantant per practicam, sed rationem sui cantus nesciunt, ut ex
Baldo, Cyno, Caccialupo, ait Hering. de fidejus. c. 7. n. 482.
His adde N. 44. c. 1. pr. Constit. Maximil. de An. 1612. Von
Vndericht der Notarien rubr. Von Testamenten. §. Es
sollen auch alle rc. Dissent. Fulgos ad l. f. §. f. ad SC. V.
Alciat. de præsumpt. præf. 13. n. 5. Alexand. in l. sciendum de V.
O. n. 33. quos allegat & refutat dictus Hering. n. 490. & seqq.

XV.

Cæterum renunciationem Vellejani supervacuam, to-
tumque SCtum in Gallia hodie abrogatum esse refert Morna-
cius in suis Observ. t. ff. ad SC. Vell. pr. & Cod. eod. quia ea fue-
runt istiusmodi intercessionis fraudes (verba sunt ipsius) tamq;
frequens causarum numerus in Auditoriis Decuriisq; Senatus Pa-
risiensis, per plures annos visus est, ut, quia fere nullus in tuto con-
tradicus esse poterat, in quo intercedens mulier SCto renunciasset,

Aa 3

nempe

nempe ob verborum minus recte ac rite servata à Tabellione imperito solennia, constitutio tandem; regia promulgata fuit An. 1606. quā cavetur ne illa deinceps admittantur renunciacionum auctoritas in contractibus, sed valeat, suoq; jure omni nata tur quilibet & cuiuscunq; rei obligatio in qua intercessit mulier &c. Alibi quoque non minores augustissimo huic beneficio fieri fraudes, conqueritur cum Pruckmanno ad l. in multis, de stat. hom. p. 2. art. 15. n. 13. Dn. Hahn. ad Wesemb. t. ad SC. V. n. 9. inf. & subjungit. Quapropter videant mulieres ne in causa sint, ut propter abusum privilegii, aliquando generali constitutione jure suo preventur.

XVI.

Tertia denique causa generalis (v. tb. I. b. sect.) ex qua fœmina intercedens ad beneficium suum frustra provocat, est singularis conditio, primo, rerum pro quibus intercessit nimicum, si pro dote: l. f. C. ad SC. V. junct. l. I. ff. solut. matrim. Perez. in Cod. d. t. n. 21. 22. Faber. in suo Cod. eod. def. 14. vel pro libertate, id fiat. l. pen. C. d. t. junct. l. 24. §. 10. inf. ff. de fideic. libert. Perez d. l. n. 20. Ant. Mornac. Obs. in d. l. pen. Everhard. loc. arg. leg. loc. à libertate ad piam causam 58. n. 2. Deinde, personæ, & quidem aut I. illius apud quem intercedit, si sc. apud minorem pro aliquo se obnoxiam faciat, qui postea non amplius solvendo reperiatur: cùm restitutoria tunc locum non inveniat, & major ætatis, quam sexus favor sit l. 12. de minor. ibiq; Gloß. Hering. tr. de fideiūß. c. 7. n. 465. & quem citat Pruckman. ad l. in multis de stat. hom. p. 2. art. 15. n. 26. Aut II. ipsius fœminæ intercedentis, veluti si (I.) eminenti aliqua dignitate corruscat, quales sunt Reginæ, Ducissæ, Comitissæ, Abbatissæ; aliæve regalibus ac jurisdictione gaudentes, utpote quæ & alia virilia sustinent officia. Dn. Tabor. in addit. ad Col. Iur. Arg. t. ad SC. V. th. 5. n. 22. Schrader de feudis p. 10. f. 1. n. 56. Hering. d. l. n. 517. (2.) Si Merca trix fuerit. Wann sie eine March oder Kramfraw ist: tum enim efficaciter, etiam pro marito, moribus ac statutis omnium fere locorum obligatur, ita ut tam SCti Vellej. quam repudiandæ hereditatis, vel cessionis ipsi denegetur beneficium. Gail.

... (23.) ...

Gail. 2. O. 90. n. 5. Rittersh. ad Nov. p. 2. c. 4. n. 23. Dn. Tabor. loc. cit. n. 18. Tulden. ad Cod. t. ne uxor pro marito n. 4. Hering. d.l. n. 408. Coler. 1. decis. 31. sed omnium plenissime Magn. Dn. Rebhan. Facult. jur. Senior. Patron. ac Praecept. meus aeternâ memoriâ colendus in disput. sua de uxore mercatrice th. 12. & seqq.

XVII.

Non tantum autem ea mulier Mercatrix dicitur, quæ pro se solâ mercaturam facit, vel separatim à rationibus maritalibus suo tantum nomine, & absque ope mariti, quæstuariam exercet negotiationem: de hac enim nullum subest dubium; vid. th. 2. & seq. b. sect. verum etiam illa, quæ communiter, & una cum marito negotiatur, seu ipsius negotiationi se immiscet, æque ac ipse mercatorios actus exercet, quæ in taberna publicè sedet, dirigit, emit, vendit, solvit, liberat &c. quæque ex tali negotiatione lucrum & alimenta recipit: welche mit ihrem Mann pflegt zu handlen / zu offenem March und Laden sitzt / so ihr Kauffhandel und Gewinn ihnen beiden zu nutz und Vahrung kommt. vid. dd. Authores ac leges municipales ab ipsis allegatas. Quia tali casu (inquit Gail. d.l.) uxor quasi societatis jure (*ut enim in vera societate mercatoria cum marito vivat, non requiritur*) & tanquam corredebendi pro marito tenetur, nec poterit uti SCti Vellej. beneficio, ne bona fide cum ipsis contrahentes inique decipientur, & ita passim in Germania, statutis vel consuetudine, receptum & constitutum est; præterea quoniam hoc casu uxor ex negotiatione mariti lucrum & augmentum rei familiaris percipit, pecunia creditoris utique in ipsius utilitatem versa esse censetur, ac proinde pro marito obligatur. Haec tenus Gailius. Exigebat hoc Reipubl. ex commerciorum securitate proveniens, salus; ut enim alias in causis mercaturam attingentibus, non juris solennitas, aut subtilitas sed magis æquum & bonum attenditur, multaque singularia alia illius propagandæ studio introducta sint, vid. Mevium *ad jus Lubec. l. 3. t. 6. art. 21. n. 2. & seqq.* ita etiam hoc in passu ei prospicere, & in crescentibus mercatorum fraudibus obicem ponere necesse fuit, qui ut plurimum non fortunæ injuriâ, sed nequit,

tix,



tiæ, aut crassæ culpæ vitio, bancam rumpunt; uxorum privilegio freti, quo ipsarum bona à creditorum persecutione immunia, sibique ad vitam laute transigendam semper sufficiuta sciunt. Non raro quoque uxores virum ad inopiam deducunt, ut quanquam gnavus & industriosus (verba sunt laudat Disput. Magn. Dn. Rebhan. th. 18.) tamen nil nisi Oeni funiculum necat, ut est in proverbio (quo de vid. Alciat. embl. 91.) postmodum vero; pecunias deglutitis, pudoreq; omni sequestrato, claves ferebro defunctorum maritorum, aridamve stipulam, extremâ cum earum ignominia, super ponere, & bonus cedere (sed utinam cederent! nam sâpe pinguiora auferunt) miserosq; credores, qui bona fide cum ipsis contraxere, nequiter illudere & praetextu juris decipere, non erubescunt.

XVIII.

Illa autem mulier, quæ quidem viro mercatori nupta est, sed ipsius negotiationi se non immiscet, verum saltem in uno vel altero actu ipsi præstat operam; imò licet omnes actus mercatorios exerceat, maritus tamen lucrum pro se solo retineat, nec mulier de eo participet, aut participare speret; hæc inquam, Mercatrix proprie non dicitur, sed potius Adjutrix vel Institrix, indeque mariti debitis haud oneratur Gail. d. Ob. 90. n. 6. Chaffanæ in consuet. Burgund. rubr. 4. §. 1. verb. si elle n' est marchande n. 1. & verb. publique in f. Choppin. de civit. Paris. morib. l. 2. t. n. 9. Nisi statutum, uxoris matricis mentionem faciens, secundum vulgi opinionem & usum plebejum locutum sit, ubi statutum ad illum esset interpretandum. dict. disp. Magnif. Dn. Rebhan th. 53. Benev. Stracha. tr. de mercat. p. I. n. 12. quia in statutis, & qualibet strictâ materiâ, verba, prout sonant, intelligenda sunt, nec admittunt interpretationem ex jure communi, cui derogant, communisque loquendi modus attenditur potius, quam verborum proprietas Treutl. V. 2. D. 7. th. 1. l. d. Gail. 2. O. 79. n. 5. per plures text. ac Auth. Quod non solùm in materia favorabili, sed etiam odiosa & pœnali procedere, probat Jason. ad rubr. ff. de ep. nov. nunt. n. 7. Quin autem statutum vel consuetudo particularis titulo ne uxor pro marito derogans, seu

seu quo uxor simpliciter, etiam absque qualitate mercatoria, aut licet se negotiis mariti non immisceat, pro ipso debita solvere tenetur, valeat, non est ambigendum. Hering. de fidej. c. 7. n. 407. Mynsing. c. 1. O. 29. Gail. 2. O. 90. n. 1. Chassan. in consuet. Burgund. rubr. 4 n. 1. verb. & esdicts contracts est tenu pour son mary. n. 1.

XIX.

Hinc apparet, si statuto, præter Mercarricem, adhuc aliæ uxores, veluti Cauponum, Pistorum, Laniorum &c. beneficio SC. Vellej. seu cessionis excludantur: **Dass Geswerbs, Würthe Becken, Metzger Weiber, dass beneficium cessionis nicht geniessen sollen;** illud uxorem mercatricem stricto sensu non accipere, nec, ut foisan jura alia, societatem mercatoriam inter ipsam & maritum exigere; tamen enim societatem inter reliquas mulieres, in quibus eadem exclusionis ratio, & illarum maritos Opifices intercede. re, dictu inconveniens foret: sed potius utilitatis publicæ gratiâ, in securitatem creditorum, speciali ex ratione id sanctum videtur; præsertim quod per se ejusmodi fœminæ negotiis maritorum se immiscere præsumantur. Quod si postmodum probetur, reipsâ mulierem se immiscuisse, emisse, vendidisse, solvisse, liberasse, cambia exercuisse &c. ac de lucro participasse, aut saltem, si quid superfuisset, partcipaturam fuisset, tanrò magis tenetur, nec ullus ad privilegium vel subtilitates confugiendi ipsi patet aditus. Sed quid, si mulier hæc suæ civitatis statuta parum sibi favere animadvertens, contractum alibi celebratum domiciliumque tunc temporis constitutum fuisset, excipiat, adeoque secundum illius loci jura, quæ magis mulieribus indulgere videntur, judicari petat? Resp. frustra eam præsidium in iis querere juribus, quippe quæ translatione domicilii perdidit, quibusve tacite renunciavit Gail. 2. O. 36. n. 4. & seqq. Dn. Struv. syntag. jur. Civ. Ex. 9. tb. 32. sed omnino juxta ejus loci leges condemnandam esse ubi nunc degit, laremque fovet, utpote in quo proculdubio justissime fuit conventa arg. l. 19. §. fin. de judic.

Bb

c. 17.

c. 17. c. f. de for. comp. ibique Dd. Conveniri autem alicubi posse seu forum sortiri, est legibus & statutis illius loci subjici, nam à pari procedunt forum sortiri, & statutis ligari Gail. 2. O. 35. n. 5. 6. Carpzov. jurispr. for. p. 3. c. 12. def. 18. nam. 3. Rosbach. proceß. t. 3. n. 56.

Et hæc de muliere intercedente ejusque beneficio, sufficient, saltem meo instituto, hoc est, discursui Academico, & sententiarum collationi: longiorem tractationem exhibere, temporis; instruictiorem, librorum; comptiorem, ingenii defectus prohibuit. Fave Lector, & ulterius juva Jehova !

COROLLARIVM.

TItius Sempronio mutuo dedit centum. Sempronius aliquod post tempus Titium adiens, sub specie gratitudinis, & quò majori securitate fruatur, nec ullum de solutione concipere possit dubium, se effecturum ipsi promittit ut Mœvius pro iisdem centum simul se obliget. Titius huic propositioni annuit, &, persuasus præstare duos obligatos habere quàm unum, reddito priori, aliud chyrographum extrui permittit

— (27.) —

mittit quo Sempronius ac Mœvius simpliciter se obligant. Sempronius postmodum, vel hæres ejus, de solutione conventus, se correum debendi esse excipit, adeoque, cùm nominatim in dicto chyrographo cautum non fuerit ut unus pro altero in solidum teneatur, beneficium divisionis ex N. 99. c. i. sive Auth. hoc ita C. de duob. reis sibi competere assert. Quæritur quid juris? Resp. Nihilominus eum teneri in solidum.



Visa diu meritos, quos nunc concedit honores
Alma Themis docto non peperisse *Tibi*:
Hæc siquidem Genetrix tardos excludere pullos,
Virtutis partæ præmia vera solet.
Sed tandem ad summi ducit fastigia Pindi
In queis mox itidem conspiciendus eris.
Fortunate, precor sint hæc felicia largâ
Quæ *Tibi* distribuit præmia Musa manu!

Nobilissimo Dn. Candidato Fautori suo
maximè astimando gratulatur
ita animitus

Joh. Wolfgang Hœckner.
A Mon-

A
Monsieur Furstenberg,
sur sa Dissute.

Sonnet.

J'admire Vostre Esprit dans Vostre bel Ouvrage:
Tout y paroit bien fait, tout y paroit tres beau;
Et par un genie tout nouveau
Vous monstrez de nos Loix le prix & l'aduantage.

Vous avez des Scavants les talens en partage,
Et pour bien vous dépeindre en deux coups de pinceau,
Vous avez beu du divin ruisseau
Qui donne à nos esprits un solide longage.

Voila ce qui se voit dans ce docte Traitté ;
Mais quand par vostre vivacité
Vous aurez refuté l'un & l'autre adversaire.

Tout le monde fera un jugement pareil :
Que de Vous attaquer c'est estre temeraire,
Et vouloir d'un flambeau oscurecir le Soleil.

F I N I S.

Hoe 16 52 b
(113)



KD77



Farbkarte #13

B.I.G.
Black
White
3/Color

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



261
B. V.
JURIDICA
RALIS
IERE
EDENTE
ENEFICIO,
INI NVMINIS
VS
Authoritate
OBILISSIMI,
RUM COLLEGII,
ARGENTORATENSI
SITATE
ENTIA
e Honores & Privilegia
pessendi
examini proponit
EN BERGERUS,
IN US.
ti H. Lg. solitus.
TORATI,
NIS WELPERI.
C LXXI.

